

II. PRACE DROBNE I MATERIAŁY

MARIA ZABŁOCKA (Warszawa)

Leges duodecim tabularum secundum Hotomanum reconstructae

Istnieją normy prawne, których żywot trwa bardzo krótko, kilka lat lub nawet kilka miesięcy. Ale są i takie, które obowiązują przez kilkadziesiąt lat, a zasady w nich ustanowione mają jeszcze dłuższy żywot. Do takich – oprócz Biblii, która stanowiła źródło prawa nie tylko w starożytności, ale nadal jest podstawą norm religii chrześcijańskiej, a nakazy i zakazy przekazane w tablicach mojżeszowych mają wieczną trwałość – należy Ustawa XII tablic.

Ustawa XII tablic nigdy nie została abrogowana w państwie rzymskim, a i dziś stanowi wciąż intelektualną podniętę dla badaczy starożytności. Ze względu na nieprzemijające wartości Ustawy, decydujące znaczenie ma dokładne odtworzenie tego pomnika prawa. Problem ten, wiecznie żywy, zainspirował zespół uczonych włoskich, pod przewodnictwem Luigiego Amirante, którzy prowadzą badania mające na celu przedstawienie nowej, poprawionej palingenezy. Wyniki prac tej grupy, w skład której wchodzi Ferdinando Bona, Oliviero Diliberto, Federico D'Ippolito, Salvatore Tondo, zostały opublikowane w czasopiśmie *Index* w T. 18, 1990 s. 389–449; T.20, 1992 s. 205–289 oraz zaowocowały dwoma monografiami: O. Diliberto, *Materiali per la palingenesi delle XII Tavole*, Cagliari 1992 i F. D'Ippolito, *Questioni decemvirali*, Napoli 1993.

Jednakże nie brak i postaw zupełnie przeciwnych, których przedstawicielem jest Antonio Guarino głoszący tezę o niemożliwości odtworzenia XII tablic, w każdym razie w obecnych czasach, ze względu na to, iż był to „il coacervo di norme messo insieme dai *decemviri*, in modo da noi assolutamente inconoscibile...” (*Una palingenesi delle XII Tavole?*, *Index* 19, 1991 s. 228).

Jak wiadomo, tekst spisany na drewnianych (bądź spiżowych) tablicach umieszczonych na *forum Romanum* nie dotrwał nie tylko do czasów nowożytnych, ale nawet do okresu prawników klasycznych, czy Cicerona, gdyż zo-

stał zniszczony w 387 roku przed Chrystusem w czasie najazdu Gallów. Jednak wraz ze spłonięciem desek (zniszczeniem tablic) zawierających słowa Ustawy nie zaginęła znajomość tych słów. Z tego bowiem względu, iż znajomość prawa była w Rzymie jedną z cnót obywatelskich, a Ustawa XII tablic – jak mówi Livius – stanowiła *fons omnis publici privatique iuris*, jeszcze pod koniec Republiki uczono się jej „w szkole” na pamięć.

Pierwszym odtwórcą tekstu Ustawy XII tablic był Sextus Aelius Paetus Catus, autor dzieła *Tripertita* będącego, jak określił je Pomponius, kolebką nauki prawa (*veluti cunabula iuris*). Dzieło to było zwane *Tripertita* ze względu na trzy części (*tria iura*), z których się składało; zawierało bowiem tekst Ustawy XII tablic (*ius civile*), interpretację poszczególnych przepisów (*interpretatio*) i wreszcie odpowiednio dopasowane skargi (*legis actiones*). Następnymi komentatorami Ustawy, by wspomnieć tylko najślawniejszych, byli Servius Sulpicius Rufus, Antistius Labeo, Gaius, a także gramatyk Aelius Stilo Praeconinus. Niestety również prace tych komentatorów (z wyjątkiem 20 fragmentów pochodzących od Gaiusa z jego *ad legem duodecim tabularum*, które przetrwały dzięki umieszczeniu ich w Digestach) nie dochowały się. Wiele cytatów z Ustawy znalazło się w *Noctes Atticae* Aulusa Gelliusa i w *De verborum significatione* Sextusa Pompeiusa Festusa.

Ponowne zainteresowanie tekstem Ustawy przyniosły czasy Renesansu. Już od początku XVI wieku zaczęto zestawiać różne cytaty i fragmenty prac rzymskich prawników, historyków, gramatyków czy filozofów, głównie Cicerona, by poznać, jak wyglądał, ten okryty legendą pomnik prawa rzymskiego. Pracę tę podjęli przedstawiciele humanizmu prawniczego, zainteresowani (w przeciwieństwie do swych poprzedników) nie tylko pisaniem komentarzy i krytycznymi wydaniem Corpus Justyniana, lecz także poszukiwaniem starszych źródeł, rzucających nowe światło na historię prawa rzymskiego.

Ciekawym przyczynkiem do historii palingenezy Ustawy XII tablic może być odtworzenie tekstu tej Ustawy dokonane przez Hotomanusa w dziele *De legibus XII tabularum tripartita commentatio* (Lugduni 1564), umieszczonym później – jako *Liber III: Commentationem in leges XII. tab. continens*, szp. 369/370 i n. – w ogólniejszym opracowaniu zatytułowanym *Antiquitatum Romanarum libri V*, które znajduje się w zbiorze jego prac *Opera* Tomus Tertius, Vignon 1600.

Francois Hotman (1524–1590), reprezentant umiarkowanego nurtu monarchomachów, autor wielkich traktatów politycznych jak *Franco-Gallia*, był przyjacielem Cujaciusa i jego następcą na katedrze w Bourges. W swych badaniach romanistycznych – podkreślając różnice między prawem rzymskim a francuskim oraz małą przydatność tego pierwszego dla współczesności – odwoływał się do historii i filologii. Odtwarzając dzieło Decemwirów starał się rozdzielić tekst Ustawy XII tablic od komentarzy, jakimi go opatrywano.

Przy rekonstrukcji dzieła Decemwirów nie brał Hotomanus pod uwagę podziału na XII tablic, ale wzorował się na podziale dokonany przez Cicero-

na w jego *De legibus*. Ówczcześni sądzili bowiem, że zawarty tam wywód Arpinaty jest rzeczywistym komentarzem do Ustawy, a nie tylko propozycją filozofa-prawnika. Dlatego też fragmenty Ustawy XII tablic były zestawiane w trzech częściach: *De iure sacrorum*, *De iure publicum*, *De iure privatum*.

Przy odtwarzaniu tekstu Hotomanus po raz pierwszy zaproponował dwójki, stosowany po dzień dzisiejszy, sposób powoływania tekstu. Tam gdzie był pewien słów Ustawy, przytaczał je dużymi literami, w wypadkach jedynie prawdopodobnych, gdy miał pewne wątpliwości, podawał tekst normalnym zapisem.

Należy zauważyć, że tekst odtworzony przez Hotomanusa, choć w innej kolejności niż w obecnych rekonstrukcjach, obejmuje prawie cały materiał jaki i dziś przypisywany jest Decemwirom. Tylko nieliczne z przytoczonych fragmentów nie znalazły uznania w oczach współczesnych rekonstruktorów.

Sama rekonstrukcja zakłada pewny (w zasadzie ściśle przestrzegany) układ materiału. W części *De iure sacrorum* umieścił Hotomanus przepisy dotyczące pogrzebu, które (z wyjątkiem pierwszego) znajdują się obecnie w tablicy X. *De iure publico* obejmuje w zasadzie przepisy dotyczące prawa karnego – przedstawia sytuacje zagrożone karą śmierci. Najobszerniejsza część trzecia *De iure privato* zawiera fragmenty dotyczące rodziny (*patria potestas*, *manus*, *patron-klient*, *tutela*, *kuratela*), stosunków sąsiedzkich, zasiedzenia i granic między dwoma gruntami, możliwości rozporządzania majątkiem na wypadek śmierci, dziedziczenia beztestamentowego, konieczności przekazywania *res Mancipi* na pomocą *nexum* lub *Mancipatio*, odpowiedzialności za kradzież (w zależności od sposobu jej dokonania) i wyrządzenie szkody (wraz z określeniem odpowiedzialności noksalne). Końcowe fragmenty dotyczą procesu (od *in ius vocatio* po *partes secanto*). Jak więc widać, układ trzeciej części oparty jest na systematyce Instytucji Gaiusa według schematu *personae – res – actiones*.

Układ fragmentów dotyczących poszczególnych zagadnień jest logiczny. Czasami propozycje Hotomanusa wydają się logiczniejsze niż kolejność fragmentów proponowana przez współczesnych rekonstruktorów. Można by powiedzieć, że jedynym mankamentem tej rekonstrukcji jest brak podziału na XII tablic.

De iure sacrorum legis XII.tabularum fragmenta.

SACRA PRIVATA PERPETUA MANENTO.

HOMINEM MORTUUM IN URBE NE SEPELITO, NEVE
URITO.

*** HOC PLUS NE FACITO.

Ut mortui tribus riciniis, et vinculis purpurae, decemque tibicinibus
efferrentur.

ROGUM ASCIA NE POLITO.

MULIERES GENAS NE RADUNTO, NEVE LESSUM FUNERIS
ERGO HABENTO.

HOMINI MORTUO NE OSSA LEGITO QUO POST FUNUS
FACIAT: Extra quam si militiae aut peregre mortuus sit.

Uti servilis unctura, omnisque circumpotatio tolleretur.

Uti ne sumptuosa respertio fieret, ne've murrata potio mortuo inderetur:
ne've longae coronae, ne've acerrae adhiberentur.

QUI CORONAM PARIT, IPSE, PECUNIAVE EIUS, VIRTUTIS
ERGO ARGUITOR: IPSIQUE MORTUO PARENTIBUSQUE
EIUS DUM INTUS POSITUS ERIT, FORISQUE
FERETUR, SINE FRAUDE IMPOSITA ESTO.

Uti plura funera ne uni fierent, ne've lecti plures inferrentur.

NEVE AURUM ADDITO: AST QUOI AURO DENTES
VINCTI ERUNT, IM CUM ILLO SEPELIRE, UREREVE,
SINE FRAUDE ESTO.

Uti ne rogum bustumve novum propius LX. pedes adiici aedes alienas
invito domino, néve forum sepulcri bustumve usucapi liceret.

Pars secunda, quae est de iure publico.

PRIVILEGIA NE IRROGANTO. DE CAPITIS CIVIS, NISI PER
MAXIMUM COMITIATUM NE FERUNTO.

Ut quodcunque postremum populus iussisset, id ius ratumque esset.

Ut si iudex, arbiterve iure datus pecuniam ob rem iudicandam
accepisset, capite poenas lueret.

Ut qui falsum testimonium dixisset, è Saxo Tarpeio deiiceretur.

Ne quis hominem indemnatum occideret, hominisve occidendi causa
cum telo esset.

Ne quis in urbe coetus nocturnos agitare.

Ut si quis hostem concitasset, civemve hosti tradidisset capite poenas
lueret.

Ut qui aedes alienas, acervumve frumenti iuxta aedes positum dolo
malo conbussisset, vinctus, verberatus, igni necaretur: ad si casu
fecisset noxiam sarciret: Praetorisve arbitrato castigaretur.

QUI FRUGES EXCANTASSIT**.

QUI MALUM CARMEN INCANTASSIT*.

** NEVE ALIENAM SEGETEM PELLEGERIS.

Uti sanatis idem iuris esset, quod fortibus.

Tertia pars, quae est de iure privato.

Uti qui ex patre, matreque familias eius nasceretur, in patrisfamilias sui manu, potestate, mancipioque esset: haberetque paterfamilias ius in eum vitae ac necis, terque filium venundandi potestatem.

AT SI TER FILIUM PATER VENUNDARIT FILIUS A PATRE LIBER ESTO. Utique filia, caeterique liberi una mancipatione liberarentur.

Ut qui alterius filiumfamilias sibi ab ipsius patre Mancipatum, in filiifamil. locum adoptaret, is vitae necisque in eum potestatem haberet: essetque hic illi filiusfa. uti si ex ipso matreque famil. ipsius, natus esset.

Uti filii filiaeque familias rei paternae quasi suae heredes essent.

Ut quae mulier viro in manum conveniret, ea mulier illi viro materfa. esset, rerumque ipsius omnium ac sacrorum socia, suaeque ei heres fieret, item ut hic illi.

Ut quae mulier cum sui iuris esset annum unum apud virum matrimonii causa fuisset, ea mulier ni trinoctium usurpatum isset, pro usucapta haberetur.

Ut ne inter patricios et plebeios connubii ius esset.

Ut si qua mulier temetum biberet, cumve alieno viro probri quid faceret, in eam maritus, causa cum ipsius mulieris propinquis cognita, poenam statueret: ast si eam in adulterio deprehenderet, tum eam occidendi ius potestatemque haberet.

Ut si è coniugibus alter alteri nuntium mitteret, eumque suas res sibi habere iuberet, divortium esset.

Ut si qua mulier post viri mortem in decem mensibus proximis pareret, qui quaeve ex ea nasceretur, suus suave in viri familia heres esset.

PATRONUS SI CLIENTI FRAUDEM FECERIT, SACER ESTO.

Uti mulieres orbae innuptae in fratris agnate proximi tutela essent.

SI FURIOSUS EXISTAT, AGNATORUM GENTILIUMQUE IN EO, PECUNIAQUE EIUS POTESTAS ESTO.

Ut qui prodigus existeret, ei Praetor causa cognita bonis suis interdiceret, inque ipsius pecunia agnatorum gentiliumque potestas esset.

PATERFAM. UTI LEGASSIT SUPER PECUNIA, TUTELAVE SUAE REI, ITA IUS ESTO.

Ut si paterfam. intestato moreretur, agnatorum gentiliumque in ipsius pupillis, eorumque pecunia potestas esset.

Ut si quis doli mali, culpaeve in tutela gerenda suspectus videretur, eum cuivis apud Praetorem suspecti arguere ius esset: utique doli damnatus, infamis fieret.

Ut qui per tutelam pupillum fraudasse, eiusque rem furatus esse convinceretur, infamia notatus duplionis poenam subiret.

Nequis rem litigiosam in sacrum dedicaret: qui dedicasset, dupli poenam subiret.

Ut si quis viam alteri deberet, eam munitam praestaret: si ea immunita esset, qua vellet is cui ea deberetur, iumentum ageret.

Ut viae latitudo in porrectum octo pedes, in amfractum sedecim haberet.

Ut si cui privato aquaeductus alterius in publico noceret, ei aquaeductus dominus noxae nomine caveret.

Ut si cui aqua pluvia ex vicini agro noceret, vicino cui ea noceret, eam per arbitrum arcere ius esset.

Ut aedificia in urbe ita fierent ut sestertius pes inter aedes vicinas, ambitus caussa relinqueretur.

Ut si cuius arbor in vicini agrum impenderet, eam dominus pedes quindecim à terra altius coerceret.

Uti glandem suam in alienum fundum [procidentem] <procidentem> colligere ius esset.

Ut usus, auctoritas fundi, biennis: ceterarum rerum, annuus esset:

ADVERSUS HOSTEM AETERNA AUCTORITAS ESTO.

Ut vicini ne inter se iurgarent, eorum quisque in agri sui finibus quinque pedes relinquerent, quos usucapi ius non esset. Utique qui sepem ad vicini agrum poneret, terminum ne excederet: qui maceriam, pedem relinqueret: qui domum, pedes duos: qui sepulcrum scrobemve foderet, quantum id altum esset, tantum spacii relinqueret: qui puteum, passus latitudinem: ast qui oleam, ficumve plantaret, novem pedes ab alieno: qui ceteras arbores, ad pedes quinque relinqueret.

UT SI VICINI INTER SE IURGANT, finibus regundis arbitros tres darent: eisque totius rei ius arbitriumque permetterent.

PATERFAM. UTI LEGASSIT SUPER FAMILIA PECUNIAQUE SUA, ITA IUS ESTO.

Ut cum paterfa. super familia sua legaret, nexum faceret: perque aes et libram familiam manciparet. ac praeter libripendem cives R. puberes ne minus quinque praesentes ad finem usquae adhiberet.

CUM NEXUM FACIET, MANCIPIUMQUE, UTI LINGUA
NUNCUPASSIT, ITA IUS ESTO.

QUAE SI ERIT TESTATIO, LIBRIPENESVE FUERIT, IN
TESTIMONIUM FERIATUR IMPROBUS, INTESTABILISQUE
ESTO.

SI PATERFA. INTESTATO MORITUR, CUI SUUS NEC
EXTABIT HERES, AGNATUS PROXIMUS FAMILIAM
HABETO.

Ut si quis ex suis heredibus maribus suus heres esse desineret, liberi
eius et ceteri in locum suorum sui heredes succederent: ac tum
hereditas, non in capita, sed in stirpes divideretur.

Ut si libertus libertave, cui suus nec extabit heres, intestato moreretur,
patronus, patronave, liberive patroni, familiam haberent. at si
plurium patronorum liberi essent, proximi potissimum familiam
haberent: eaque in capita divideretur.

Ut nomina defuncti sive suum sive alienum aes esset, inter heredes pro
cuiusque parte divisa essent.

Uti ceterarum rerum si heredes partem quisque suam habere mallent,
familiae erciscundae arbitrum sumerent: cui totius rei ius
arbitriumque permetterent.

Ut si testator servum aliquem, cum is certam heredi pecuniam dabit,
liberum esse iussisset: si eum heres abalienaret, tamen si
emptori eam pecuniam servus daret, liber esset.

Ut iurisiurandi ad fidem adstringendam praecipua vis esset.

Ut quae res mancipi essent, qui eas venderet, nexum faceret,
mancipiumque: perque aes et libram, testibus ne minus quinque,
, civibus R. puberibus aes manciparet.

Ut quod quisque in praediis vendundis lingua nuncupasset, praestaret:
qui inficiatus quid esset, dupli poenam haberet.

Ut vendita res, quamvis tradita, nisi eas datum, satisve eo nomine
factum esset, dominum non mutaret.

Uti sodalibus qui ius coeundi haberent, potestas esset, pactionem quam
vellent sibi ferre: dum ne quid ex publica lege corrumpent.

Ne foenus amplius unciario exerceretur: qui amplius exercuisset,
quadrupli poenam lueret.

SI NOX FURTUM FAXIT, ET IM ALIQUIS OCCISIT, IURE
CAESUS ESTO. Ut si quis luci furtum faceret, seque telo
defenderet, domino cum clamore testificant, eum occidere ius
esset.

Ut si neque noctu neque se telo defendens prehenderetur, virgis caesus
ei cui furtum fecisset, addiceretur.

Ut impubes, arbitrato Praetoris verberatus, noxam factam sarciret.

Ut servus manifesti furti damnatus, verberibus affectus, de saxo
deiiceretur.

Ut qui nec manifesti furti damnatus esset, nisi cum domino
pacisceretur, duplum solveret: interea ei addictus ac nexus
operas daret.

Ut si furtum per lancem, liciumque conceptum esset, perinde ac si
manifestum foret, vindicaretur.

Ut frugem aratro quaesitam furtim noctu pavisse, secuisseve, capitale
esset: pubesque suspensus Cereri necaretur: Impubes arbitrato
Praetoris verberaretur, noxiamve duplione sarciret.

TIGNUM IUNCTUM AEDIBUS, VINEAEVE, ET CONCAPU,
NE SOLVITO

Ut qui illud iunxisset domino duplum praestaret.

SI QUIS OCCENTASSIT, CARMENVE CONDIDERIT, QUOD
INFAMIAM FACERET, FLAGITIUMVE ALTERI,
CAPITALE ESTO. SI INIURIAM ALTERI FAXIT, XXV.
AERIS POENA SUNTO. SI MEMBRUM RUPIT, NI
CUM EO PACIT, TALIO ESTO. SI OS FREGIT**
AERIS SUNTO.

QUOD RUPITIAS, SARCITO.

Ut qui alienas arbores iniuria cecidisset, in singulas aeris vigintiquinque
lueret.

Ut si servus [futurum] <furtum> nec manifestum faxit, noxam've
nocuit: dominus, quo imprudente id factum esset, quanti ea res
esset, solveret: servum've noxae dederet.

At si eum interea manumisisset, quamvis id servus domino conscio
commisisset, liber ipse noxam sarciret.

Ut si cuius quadrupes pauperiem alteri fecisset, quidve in alieno
depasta esset, dominus damni aestimationem solveret,
quadrupedemve noxae dederet.

SI IN IUS VOCET, ATQUE EAT.

SI IUS VOCATIONI TESTAMINI, IGITUR EN CAPITO
ANTESTARI.

SI CALVITUR, PEDEMVE STRUIT, MANUM ENDO IACITO.

ASSIDUO VINDEX ASSIDUUS ESTO, PROLETARIO CIVI
QUIVIS VOLET, VINDEX ESTO.

SI IN IUS VOCATO MORBUS AEVITASVE VITIUM ESIT,
QUI IN IUS VOCASSIT, IUMENTUM DATO. SI
NOLET, ARCERAM NE STERNITO.

Ut si iudex alterve ex litigatoribus morbo sontico impediatur, IUDICII
DIES DIFFISUS ESIT.

REM UBI PACUNT, ORATIONE PACUNT.

IN COMITIO AUT IN FORO ANTE MERIDIEM CAUSSAM
CONSCITO, CUM PERORANT AMBO PRAESENTES.

POST MERIDIEM PRAESENTI LITEM ADDICITO. SI AMBO
PRAESENTES.

SOLIS DIES OCCASUS SUPREMA TEMPESTAS ESTO.

Ut si qui in iure manus consererent, Praetor secundum eum qui sine
dolo malo possideret, vindicias decerneret.

SI VINDICIAM FALSAM TULIT***, SI VELIT IS,
ARBITROS TRES DATO: EORUM ARBITRII FRUCTUS
DUPLIONE DAMNUM DECIDITO.

Ut si quis è libertate in servitutem assereretur, Praetor vindicias
secundum libertatem decerneret.

AERIS CONFESSI, REBUSQUE IURE IUDICATIS, XXX DIES
IUSTI SUNTO. POST DEINDE MANUS INIECTIO
ESTO. IN IUS DUCITO. NI IUDICATUM FACIT, AUT
QUI PSEUDO EO IN IURE VINDICIT, SECUM
DUCITO: VINCITO, AUT NERVO, AUT COMPEDIBUS
XV PONDONE MINORE, AUT SI VOLET MAIORE
VINCITO: SI VOLET, SUO VIVITO: NI SUO VIVIT,
QUI EUM VINCTUM HABEBIT, LIBRAS FARRIS IN
DIES DATO, SI VOLET PLUS DATO.

Utique paciscendi inter ipsos ius potestasque esset, intra dies LX. inter
quos trinis nundinis continuus addictus ad Praetorem
produceretur: quantaque pecuniae iudicatus esset,
praedicaretur. ni pacti essent, tum addictus tertiis nundinis,
capite poenas daret: aut trans Tyberim peregre venum iret.
TERTIIS NUNDINIS PARTEIS SECANTO. SI PLUS
MINUSVE SECUERINT, SINE FRAUDE ESTO.

